Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Album amicorum Everardi Cornelii Boot Ultraiectini,

https://hdl.handle.net/1874/380167

QVOD ES FVI
QVOD SVM ERIS
Conradt Gelz
fecit et et gecudit

N. 9 : ἡ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ ἐπὶ | De baeren ruyschen met den Boot.

Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; Joan. 11. 9.

133
H25
VIII. L. 12
H. 1686

Everardus Bootius, Ultrajectinus.

1905/6
a/1290

ἀναγραμματικῶς
SUB DURO VERUTAS EO.

Ἑνός ἐστι χρεία. Luc. 10. 42.

De baeren stryden met den boot.

Hs.
8 L 12

De baeren ruyschen met den boot.

1686

Chart. 93 × 150. 187 fol., quorum permulta vacant. Saec. XVI—XVII (1596—1603).

Album amicorum Everardi Cornelii Boot Ultraiectini.

Tegumento anteriori agglutinata est tabula aeri incisa Conradi Golz. Fol. 1a: titulus.

Ligatura membranacea originalis. Antea in Bibliotheca Regia Hagana; cf. *Verslag over den toestand der Koninklijke Bibliotheek in het jaar* 1905, blz. 23.

1596.

Dabit Deus his quoque finem.

Floris comes a Culenburgo.

BIBLIOTHEEK DER
RIJKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

Marmix tusschen fol. 139 - 140

vermissingen (?) " " 16 - 17
26 - 27
29 - 30
47 - 48
52 - 53
58 - 59
59 - 60
60 - 61
85 - 86
86 - 87
95 - 96
96 - 97 3x
114 - 115
127 - 128
138 - 139
140 - 141
141 - 142 2x
147 - 148

164 - 165
174 - 175

Pietatis et Constantiae

Abrasiam Burggravius
et Baro eia Dhona
memoriae tuae scripsit
Genesae Allobr:
15. Octobris.

J. G. A. O. O.
M. W. W. G. W.

Omnia conando docilis solertia vincit
Cura potest varijs addere rebus opem



Luc. Cranach pinx. H. Hips sculp.

MELANCHTON.

Philippi Melanchthonis p. m.

Philippi Melanchthonis p. m.



Zacharias Vesini b.m.





Κύριε σῶσόν με. Haec Petri
vox cum coepisset demergi Mat:
14. mentibus nostris Vnam ad
extremum usq; halitum insideat.

Guilielmus Buranus
S. Theologiae in Acade-
mia Lausannensi Professor
24 febr: 1600.

Summa felicitas
fuit gentium, in
quibus non poterat
potentior esse nisi
melior

Dionysius Gothofredus
De scripsi Argentorati
Sept. 29

Non hic ἀνέμου πεδίον, sed veritatis campus: in quo Deus dux nobis est, & fides lux; quicunq viuimus non nos, sed Christus viuit in nobis. In his esto, mi Booti, vt maneas in Christo, & Christus in te.

Fr. Junius Euerharto
Bootio discessuro scripsi
Lugduni Batauorum
a. d. IIII. Kal. August.
CIↃ. IↃ. CII

Obiit D. Junius Lugduni Batauorum
ex pest. 10. kalend. Novembris
Gregor. an. 1602.

ANTE OMNIA MVSÆ, 27

Magnâ industriæ indole, nec minore modestiæ famâ adolescenti, EVERARDO BOTIO, hoc qualecumq; studiorũ eius rationi consentaneum animi mei Testimoniũ expensum ferre ~~placuit~~ ac gratificari volui I. DOVSA tumultuariè ac raptim, Hagæ VI. Kal. Mart. A. ∞ IↃ XCIX.

obiit 29. VIIbr. Julium
1609

BONAVENTVRA VVLCANIVS BRVGENSIS. ANNVM AGENS LVIII. AN. DNI. CIↃ. IↃ. XCVI.

IDEM OMNIBVS

Θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος,
καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

Deo juuante liuor officit nihil,
Et non juuante proficit nihil labor.

Doctiss° modestissimoq; Iuueni
EVERARDO BOOTIO
beneuolentiæ testandæ scripsi
Vulcanius

Lugduni Batauor
An. CIↃ; IↃ; XCIX;
Martij XVI;

Reverere Deum, & præcepta ejus observa, quia hoc est Totum hominis.

Benevolentiæ ere scripsit Sibrandus Lubbertus. Fran. XVII. Kalend. Octob. a°. XCVI.

Mors tua Christe mihi vita est, victoria, regnum.
Labe mea morior, sanguine viuo tuo.

Scribebat Francfortz a° 1596
14 Septemb.
J Beymar.

obiit a° 1597 Julii
[illegible] senatorio [illegible]
[illegible]

LVBEC * ÆTATIS * 61 * ANNO 1600 *
MARTINVS * LYDIVS *

Plin. in Ep. Male vim suā potestas aliorū contumelijs experitur: male terrore veneratio acquiritur: longeq; valentior amor ad obtinendū quod velis q̄ timor: nam timor abit, manet amor: ac sic vt ille in odiū, hic in reuerentiā vertatur.

Probo ac Modesto iuueni Euerhardo Boot, Vltraiectino: beneuolentiæ ergò scripsit Martinus Lydius Lubecensis Franckeræ. 28 Iunij Anno 1597.

Professor SS. Theologiæ in Academiâ Franck.
In nomine obiurgavit a. 1601.
17. Julii Styli Julian. Franckeræ.

46

ברמך דנפיל בחולקך ברדה

Σ τάρταν ἔλαχεν τάνταν κόσμει

I. DRUSIUS

Scribebat

Fran. 15 Septemb.

1. 5. 9. 6.

Τὸ τοῦ Εὐσεβοῦς ὀνόματος προτέρημα μηδὲν ὠφελεῖ, εἰ κακῶς βιοῦται.

Σαλβι. γ.

Omnino nihil prodest nomen sanctum habere sine moribus. quia vita a professione discordans abrogat illustris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem.

Everardo Cornelij Boot Vltraiectino suo

Benevolentiae ergo scribebam Frankerae XV Septeb. Ao. ∞. D. XCVI.

Ioannes Arcerius Theodoretus

ἑρ-ἑλλ

Obiit Vltraiecti subita morte inter 27. [illegible] Julij Gulian. 1669. in subsidio porto Weledand.

Horatius Flaccus

Rebus angustis animosus, atq
Fortis appare: Sapienter idem
Contrahes Vento nimium secundo
Turgida Vela.

Modesto pariter ac docto Juveni Everhardo
Bootio memoriæ & favoris ergo scribebam
Alardus Auletius Franecqueræ Frisiorum
20 die Martij Anno ultimi temporis CIↃCIXCVIII

Virtute & Genio.

Everardo Bootio benevolentiæ ergo scribebam Carolus Clusius
Lugduni Batavorum XIV. Cal. Novembr MDIIC. calculo Iuliano.

Qu: An praescientia
praedestinationis causa est?
R. Non, sed beneplacitum Dei, quod patet
ex libera electione sodalis Abrahae et
aliorum omnium reprobatione.

Jeremiae Bastingii

Sanctitas ab Electione tamq̃ à cã
derivatis, nõ contrà.

Post brevem pugnā triumphus æternus.

Everhardo Boot
adolescenti probo et docto hoc amicitiæ
monumentum scribebam Lug. Bat.
ipsis Id. Jul.

Bernhardus zwaerdecroon



Humana uita est alea, in qua uincere
Tam fortuitum est, quam necesse perdere.

3

Iosephus Scaliger Iul. Cæs. F. scribebam Lugduni
Batauorum VII Eid. Mai Iuliani. ↀↃ. I. XCIX

3

FVIMVS TROES.



כל אדם שיש בו רוח גזוה
כאילו עבד ע"ז ש"א תועבה
ה" כל גבח לב

Dominatus.

Ὀνητοὶ γενῶτες μὴ φρονεῖν ἀπὸ θεούς.

Scribebam amico meo integerrimo
dorundē studiorū meorū semper
consorti D. Everhardo Bootio
hoc amoris mei symbolum
Galielmus Coddaeus.

עמי עשו
Anno 1602. Die 29 Julij.

τὸ φίλον τῷ θεῷ, τοῦτο γενέσθω.
Justin. Martyr. Apologia 2. pro
Christianis.

Amandus Polanus à Polansdorf
Scripsi Basileæ 4 Octobris,
1 5 9 9.

fermè et auisè.

In reuerentia Jehouæ est
fidutia valida.

Amico Scripsi
Josias Vosberghius
Tiguri

Δωλῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί

Labore diui quælibet vendunt bona.

Seneca.

Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas habentem manus, quo nihil aliud videtur ostendere, quam quod etiam laboriosos homines virtus adiuuat et amplectitur.

Gregorius.

Ars artium est, regimen animarum.

Chrysostomus.

Si bene vixeris, et bene docueris, omnium iudexes: si autem bene docueris, et male vixeris, tui solius es condemnator.

Henricus Cæsarius scribebat Traiecti ad Rhenum 6 Augusti

ὠμονὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. 107

D. EVERARDO BOOTIO
amicitiae et benivolentiae
fidem obsignabam L M Q

CORNELIVS PYNACKER
Anno
CIↃ IↃ CII
Propridie Kalendas VII bris

Lugd: Batavorū.

16 ~~A~~ 01
H. G. M. H.
B. BARO

Nunc Leve Nunc ora Nunc
Cum sudore Labora
Tunc erit hora brevis
Et labor Ipsé Levis

Cicero

Facilime & in optimã partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros sapientes viros bene consulentes Reip. contulerunt, quibus si cum frequentes sunt, opinionem adferunt Populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi ad imitandu delegerãt.

Probo, docto & bene morato iuveni
Everardo Boot hoc amicitiae monumentu
Lubens ponebam Everardus Bronchorst D.
Lugdu. Batavor. XXII Iulij. Aº MDXCIX.

Οἰκουμένη μὲν πᾶσα σρογγύλος πόλις·
Οὐκ ἐστιν οὐδεὶς οὐ πολίτης οὐ πέλει;
Ἕλλην Σκύθης τε καὶ κελαινὸς Αἰθίοψ,
Γένης ὁμοίως καὶ ὁμοίως πλούσιος.

Per Augusta ad Augusta.

Pio, Probo, Docto Iuveni,
EVERARDO BOOTIO
hanc AMICITIAE symbolam
L. M. D
Paullus G.F. P.N. Merula.
Lugduni Batavor.
Mense Iunio CIↃ IↃ XCIX

Facile contemnit omnia, qui se perpetuo cogitat esse moriturum.

Ornatissimo ac Doctiss. Viro Dõio Euerardo Bootio hoc amicitiæ ac beneuolentiæ monumentum merito probitatis, doctrinæ, ac pietatis ipsius Lubens adscripsi Joannes Murdisonus.

Lugduni Bata: 1602 29. Julij

Non omnia uno tempore veniunt: Da operam virtuti, dilige literas: junge te bonis, non deerit auxilium Dei, et cùm minimè putabis, tùm maximè exaltaberis.

— Novit paucos
Secura quies —

— ἀμφὶ δ' ἀνθρώ —
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
ἀναρίθμητοι κρέμανται.

Quid magnum in terris? Animus, quæ magna putantur,
Spernere judicio qui meliore valet.

Hæc eruditione et moribus præstantiss.° juveni Dn. Everhardo Boot in mei memoriam m.l. ad scripsi ego

Janus Ursinus Palatin.
Franeq. Fris. ao. 1596. prid.
Non. Septemb.

Augustinus

Fides semper praeuenit uisionem, credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus, ut credamus. Fides ergo est, quod non uides credere. Veritas quod credidisti, uidere.

In expectatum malum omnino tumultum ciet cum incidit: expectatum uero quia apparatum ad suscipiendum inuenit animum, calamitatem efficit leuiorem. Nilus.

Caue calumnias, etsi falsa fuerint, Vulgus n. ueritatem ignorat, ad famam respicit. Isocrat.

Priusquam examinaris, ne reprehendas: nosce prius, deinde increpato. Sirach.

Ἄνας, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν.

Haec sui ut esset memor, B. Euerhardus Bootius, Juueris pietate ac auditione cultissimus, L. M. R. apposuit Lugduni Batauorum 14 Julij Ao Saluatoris nri 1597

Ludouicus Zanchius. H. F.

Seneca.

Dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo simus: detrimenta, injurias, convitia, vellicationes contemnamus, & magno animo brevia feramus incommoda dum respicimus, quod ajunt, versamurque nos, immortalitas aderit.

Παθήματα Μαθήματα...

Souffrir me faut & tousjours endurer
Mais en la fin j'auray allegement
Quand Dieu voudra d'icy me retirer
Et mettre fin a mon fascheux tourment.

Gedult bringt hult.

Virtuti & Eruditioni
Dn. EVERHARDI BOOTII, AMICI
singularis l. m. q. hoc
μνημόσυνον expensum tulit
CHRISTOPHORUS TOSSANUS
PALATINUS,

Franeq. Frisiorum
Cal. Decemb. Ao. 97.

Fac auſis.

Cicero.

Si quis cauſſam celebritatis habet a patre acceptam, in hunc oculi omnium conijciuntur, ac in eum quid agat, & quemadmodum uiuat, inquiritur, & tanquam in clariſſima luce uerſetur, ita nullum eius eſſe poteſt obſcure dictum aut factum.

Pompon.

Optima uiuendi ratio diſcendi cupiditas.
L. apud Julian. ff. de fideic. libert.

Patientia dominatrix.

Pio, probo, docto iuueni, ad Summa nato,
Euerhardo Booſio Vltraiectino
hanc amicitiæ ſymbolam L. M. Scripſi
Joannes Sibrandus a Menaldum. 1597. 6. Jun.

Αἱ μὲν ἀρετὰι οὐ τὰς ἀφετέρας αὐτῶν φύσεις ἐνεργετοῦσιν ἀλλ' οἷς παραγενόμεναι παραμείνωσιν, εὐδαίμονας οὐ μακαρίους ποιοῦσιν.

Initium sapientiæ timor Domini

Nobilite, et virtute prædito, ac modesto Juveni D. Durardo Botio amico suo plurimum colendo SS. Theologiæ candidato scripsit et in sui memoriam reliquit
2° die April.
An° Dom.
1598.

Menancellus.

PROVER. X.

יראת יהוה יוסיף ימים:

Timor Domini adijcit dies.

EXCIpe sYnCero hæC Mea Vota noVIssIma VVLtV:

Tange SIbYLLInos, InCede ad NestorIs annos.

Insignis doctrinæ et virtutis iuveni Eiterhardo Boott amico et olim contubernali suavissimo hoc qualecunque est sanctæ amicitiæ indicium L. M. Q. reliqui

Symb. צוריא

Petra mea Deus

Petrus Jansonius A. B.

126

Lact:

Religio et timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.

Truditione ac pietate ornatissimo juveni Dn. Tuerardo Boot amico suavissimo scribebat Franekerae ao .17. 17. XCVIII. 29 Mart: Mathias à Hüchten Dantiscanus.

In virtute Delphinus

En quod aues, id habes, fidei tibi porrigo signum,
Id seruo, serua, diligo te, redama.

In perpetuae et non violandae amicitiae
signum posuit hoc amitino charissimo L. V. Q.

Adrianus Strick Vltraiectinus
Lugd. Bat. 13. Julij.

Vive Deo, Mundo ne vivito; vivere Mundo
Nam mori est: Sola est vivere vita Deo.

Sic docto et pio juveni Everhardo
Boot in perpetuam memoriam
Scripsit Ao 96. VI Kal: Maias
Isaacus Bootius Vesalius

Εὐχὴ πρὸς τὸν Χριστόν.

Χρόνους ἐπειδὰν κρείττονας
ἐλπίζομεν, νὼ βλύλλομεν:
μέλλουσα ζωάων φέρει
σεβασμίοις ἑκηλίαν.
Ἱστάντες εἰν ἀντώσεϊ
ἕτοιμοί ἐσμεν ἀσμένως:
ἐλθεῖν, Ἰησοῦ, σοι ὅταν
ἀρέσκει, ἔρχου ὠκέως.

Fortuna ut Luna.

Optimo Juveni Everardo Boot
hoc φιλίας ἄγαλμα posuit
Tobias Rivius Vesalius. Franquae.
A°. 96 $\frac{4}{26}$.

129

Psal: 118. v. 6.

יְהוָה לִי לֹא אִירָא מַה־יַּעֲשֶׂה לִי אָדָם

Cum rogaretur sapiens quidam, utrum magis diligeret fratrem, an amicum? Non diligo, inquit, fratrem meum, nisi mihi amicus fuerit. Cui consonat illud sapientis.

יֵשׁ אֹהֵב דָּבֵק מֵאָח

Est amicus conjunctior fratre.

Sirach. 6. v. 13. φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς.

Symb: Dic cur hic?

Erudito, pioque juveni Dno Everhardo Boot, συνεύδοντι, ac amico suo pro fratre colendo, in amoris symbolum scripsi hæc, Henricus Kaldenus Vesaliensis Franequeræ Ao. 1. 5. 96. 24 Aprilis.

rech ministerio fungens Vesaliæ ex Peste abiit ao. 1599.

Xystus Pythagoricus in Enchiridio

Templum sanctum est Deo mens pij, et altare
est optimum ei cor mundum, et sine peccato

SENECA IN Hercule Oetaeo

Verum est quod cecinit sacer
Thresse sub Rhodopes iugis,
Tangens Threiciam Chelym,
Orpheus Calliope genus,
ÆTERNVM FIERI NIHIL.

In perpetuum nec violatæ, nec violandæ amicitiæ signum ac sigillum, hæc paucula juveni non minus docto quam pio, D. EVERARDO Bootio, amico meo et contubernali longe Charissimo, OTTO GANSNEB Cogut. TENGNAGEL L. M. Q. posui.
Franeq. Fris. Prid. Cal. April. Ao 1598.

ΟΙΣΕΟΝ ΚΑΙ ΕΛΠΙΣΕΟΝ

Ferendum et Sperandum

Hoc amoris perpetuæq; amicitiæ
μνημόσυνον Everhardo Boot
amico meo singulari lubens
Scripsi Joannes Pantin.
Franekeræ. Calend. Septemb.
Anno 1596.

Degeneres animos timor
arguit

Doctissimo ornatissimoq
DD. E. Botio in aeternae
observatiae pignus haec
scripsi
Miguel

Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum rectius occupat
Nomen beati qui Jehovae
Muneribus sapienter uti
Duramque callet pauperiem pati
Peiusque letho flagitium timet

foelices quibus usus adest

Haec Ornatissimo viro amico mihi colendissimo
D. Eudardo Zhootio In quo pietas cum doctrina
certat. scripsi in observantiae perpetuae perpetuum
symbolum. Samuel Zhouchereau Salmurensis
Rugd. Zhat. 20 Julij 1602

Souvenez vous tousjours de
vostre serviteur, qui aura
tousjours vostre Image devant ses
Jeux et vos vertus dedans son coeur

Pietate ac singulari morum integritate Praestanti Adolescenti
D. Euerardo Booto Vltraiectino amico longe suauissimo

Boote ô iuuenum vigor bonorum
Et quē Pieriae probant puellae
Et quos Pieriae probant puellae
Heynsi dulce decus tui, meme
Pignus reddere me iubes amoris
Extremum; teneras iubes Camaenas
Et iubes teneras simul Phalaecos.
Euge, Heynsi teneræ simul Camaenæ
Euge Heynsi teneri simul Phalaeci
Leui currite iam pede Dij Bootus
Bootus vocat O quater beata

Beata teneræ ~~simul~~ quater Camænæ
Beati teneri quater Phalæci
Queis datur variæ procul per oras
Queis datur varias procul per vndas
Booto comites volare ——— Et ipse
Jam velim fieri meæ Camænæ
Jam velim fieri mei Phalæci
At felix iuuenum celebriorum
Felix flos hominum ~~celebriorum~~ politiorum
Læta concipe dextera manuque
Has Heynsi teneras simul Camænas
Hos Heynsi teneros simul Phalæcos
Quum totum accipito Heynsium sub illis
Sic comes sit et Heynsius Booto
Semper, sic comes Heynsio Booto

Amicitiæ ergo scribebam
Daniel Heynsius

Ille potens sui
Lætusq3 degit, cui licet in diem
Dixisse: vixi:

Probæ et justæ D. Eberhardo Boot
Juveni pietate et eruditione ornatissimo
in amicitiæ testimonium, scribebam Franicker
pridie Calend. April. anno 1598
Petrus Guilielmius Zaelt Boemell:

S. P.

Anxia prob. nostras penetrauit cura medullas
Tristitiæ portans omnia dura meæ.
Sic mihi sollicitas languescunt membra per horas,
Sic facies rari signa timoris habet.
Scilicet est, BOOTI discessus conscia vestri
Mens mea tam varijs exagitata malis.
Ergone discedes? ac firmi fœdera pacti
Non poterunt tantum vertere nostra nefas.
Ipsa tibi pietas merito reclamat et almæ
Vincula Amicitiæ non temerata vetant.
Respice præteritos, Boti doctissime amores,
Quosq animo dedimus liberiore iaces.
Viuidaq in vestram veniat concordia mentem
Quodq amborum animos iunxerat illa fides.
Non dubito, hoc nostro quin conce surus amori,
Vt flecti precibus te patiare meis.

Si non a solito sit mens aliena vigore
Atq alias iubeant fata subire vices.
Si tamen est animus patrias inuisere sedes,
Et nitidas Pheni conspicere ardor aquas.
Vade bonis auibus: patria tellure relicta
Pranagrios rursum te, pete, quæso lares.
Sic mihi restitues animæ dulcissime BOOTI
Dimidiumq tua dimidiumq mea.
Si tamen hinc alias sis discessurus in oras:
Quod tamen auertant numina summa precor.
Sæpius hæc vestri monumenta reuolue segnis
Pignora quæ fidi fœderis instar habes.
Quem non vlla dies non vlla pericula rerum
Immemorem pacti fœderis esse sinent.

אהב לצרה יולד:

Sirach. VI.

Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ

Erudito, probo, ac modesto Iuueni, D. Everhardo BOOTIO, amico suo singulari, in perpetuam Amicitiæ tessaram L. M. D. scribebat. Henr. Leo Bommel. Franequeræ ipsis Calend. Iulii. Anno 1597.

Ferendum, non culpandum, quod vitari non potest.

הנה אנכי שלח לכם את אליה הנביא לפני בוא יום
יהוה הגדול והנורא

Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄρατρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω,
εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.

Ad virtutem via una et ardua.

Iuueni docto et pio Bom: Euer: Bootio
beneuolentiæ ergo scripsit Corn: Nepos
6 Ianuarij. anno epoc: christ: 98.

Cum amicitiæ vis sit in eo: vt vnus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoq; vnus animus erit, idemq; semper, sed varius, cõmutabilis, multiplex? Quid enim potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atq; nutum convertitur? Negat quis: nego. Ait: aio. Postremo imperaui egomet mihi, Omnia assentari. Vt ait Ter: alibi: Itaq; pulcherrima illa & maxime naturali carent amicitia, per se & ꝓpter se expetenda: nec ipsi sibi exemplo sunt hæc VIS AMICITIÆ qualis & quanta sit. ALIBI: Neq; enim fidum potest esse multiplex ingenium & tortuosum.

Itaq; non aqua, non igni, (vt aiunt) pluribus locis vtimur, quam amicitia.

Saluitæ amicitia.

Arist. Eudemior. 7.
ἡ φιλία τῶν βεβαίων ὅσπερ
ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν.

Docto iuxta atq; probo iuueni, EVERHARDO BOOT, in amicitiæ testimonium posuit Franc. Leo. Bom: lugd. batauor. A° clↄ lↄ IIIC. 15. Iul.

ἀπὸ πάντος εἴδους πόνηρου, ἀπέχεσθε. Thess. 5. 22.

donec eris felix multos numerabis amicos
nullus ad amissos ibit amicos opes.

Carpe diem, quam minimum credula postero.
quem sors dierum cunque dabit lucro oppone. Hor.

Heu homines vivunt tanquam mors nulla sequatur
et velut infernus fabula vana foret.

Eruditissimo Juveni, et amico suo mellitissimo. D. Everardo Bootio, in perpetuam Christianae fraternitatis tesseram, ex animo hac dicat et consecrat. Fran. 30 Apr. 1597. stylo novo.

Carolus Everardus: Eboraco-britannus.

Mel suge, fel fuge. love thy freude with his faulte to memens forepertes, doe not ask yre
vince bono malum. Rom. 12. but from a mules hinder pertes see you retyre.
when you wate not, quereter sarmes zour tounge but to speed

Hanc tibi quam lustras Euerarde resume figuram,
Et loeta scriptos suscipe mente typos;
Nam rata perpetui sunt haec monumenta fauoris,
Signaq; sunt fidei non moritura meae.
Spes animi tu magna mei, tu maior amoris
Pars, et in aduersis maxima cura meis.
Ac licet extremas a me rapiaris in oras,
Cogarisq; sacri uisere rura soli.
Non tamen ex nostris recidet tua forma medullis,
Neue meo fugiet nomen ab ore tuum
Sum tuus ex quouis, nec qua me parte requiras,
Crede, ruet studijs ulla repulsa tuis.
Sum tuus ex animo, tu quo me marte uocabis,
Fide, feram geni dona secreta mei.
His Euerarde uale longos in Nestoris annos,
Seraq; longaui secula uiue Deli.
Incolumis pylias sine labe maneto sub horas,
Atq; sybillinos tangito marte dies.

אהיה אשר אהיה Inquit יהוה ad Mosen.

לפניה הארץ ומעד ידיך אמיה: המה יאבדו ואתה קעמת וכלם כבגד
יבלו כלבוש קחליפם ויחלפו: ואתה הוא ושנותיך לא יקמו: קלם קב

Ταῦτα πάντα μέρος χρόνου τὸ λῶ ἢ τὸ ἔσται. Ἀδὴ φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐλίαν οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ ὡς λῶ, ἔστι τε ἢ ἔσται. Αὐτῇ δὲ τὸ ἔστι μόνον κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει. τὸ δὲ λῶ ἢ τὸ ἔσται περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν οὖσαν πρέπει λέγεσθαι. τὸ δὲ ἀεὶ ἢ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον ἀκινήτως οὔτε πρεσβύτερον οὔτε νεώτερον προσήκει γίγνεσθαι. etc.

Tu clausa nullo saecla degis termino
At nos quod aevi vivimus paene est nihil
umbrae fugacis instar atque imaginis
Idque ipsum inani in vanitate atque anxijs
In te beatus ac potens
Ac paene brevius quam nihil.
Quam reddit aequor vitreum
Egressit in laboribus

Ornatiss.o Doctissimoque Juveni Everaldo Bootio
Philippus Maraxius Sancto Aldegundius Bruxellanus benevoli animi
tesseram e vitae hujus brevitatis monumentorum lubens scribebam

Repos ailleurs
Ph: de Marnix

Lugd. Bat. an. ∞. ιϛ. xcix.

podagra arthritide libertus
o excalculo obiit. ix. xbris a° 15 [illegible] Lugd. Bat.

שתיקה לחכמה סיג ׃

Sapientiâ Guber sam navim torquet,
non valentiâ.
Coquus magnum ahenum quando fervit,
paullâ gfutat truâ:

Tibi, mi Kooti, animum;
libello nomen difficilis linquo
& lubens portio tui

BENHARDUS HAN. EDELSH
Franecqueræ
∞. lɔ. ɪɪc. Mans. April

1. Cor. 15. 19

Si in hac solum vita speraremus in Christo, miserrimi essemus omnium hominum.

Pietate et Eruditione ornatissimo iuueni D. Euerardo Bootio, amico meo certissimo in perpetuae veraeq; amicitiae pignus haec pauca Lugduno Batauor. in Angliam discessurus L. M. e. scripsi xxiii Nouemb. M. DCI.

Nathanael Marius Gallus,

Si Dieu est pour nous, qui sera contre nous.

Proph: Dauid.

Junior fui etiam senui, nec vidi Justum derelictum, nec semen eius querere panem.

Metam properamus ad vnam.

Docto pio ac modesto iuueni D. Euerardo Bootio collegæ ac amico suo integerrimo in crescentis amicitiæ symbolum hæc posuit. Anno 1602. 3 Cal: Aug:

Adolphus spranckhuysius

Dei auxilium numquam serò

BOOI IO MEO

Iungere iũncta priũs mea vis me Elementa tabellis?
Iungimus. Hoc satis est? Iuncta ego iungo tuis.
Iungo animũm, tu iũnge tuũm, iũngamus vtrumq3
Sit meus iste tuus sit tuus iste meũs.
Quodq3 ego sum tu sis totus, tu quodq3 ego totũs
Alter ego tibi sum sic meus alter ego.
Sic si me iuuenem contingat morte perire
Corporis atq3 animæ pars manet vna meæ.

Amoris ergo scribebam
Lugd Batt. Ioan. Lydig
c13 13 XCVII.

Hom. in Hymn.

Ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα

Val. Max. lib. 1.

Lento quodam gradu ad vindictam sui numinis, diuina procedit ira, tarditatemq3 supplicii grauitate compensat.

Doctissimo & medullitus mihi dilecto iuueni, Euerhardo Cornelii Bootio, hoc amicitiæ testimonium Franekera discedens reliqui Ioannes Martini filius Lydius Anno Messiæ regis nostri CIↃ IↃ XCVII. Mense Octobris.

Johannes Schaverbekius.

pie, prudenter, humaniter.

Franequerae. 6 maji. a° 1597.

Det tibi Nestoreos mi Booti Iuppiter annos:
Nestoreum quoniam pectus, et ora dedit.

Sirach. 6. v. 13.

Amicus fidus est pharmacum vitæ.

Genio et ingenio polito Iuveni Dio
Everhardo Boot hoc τῆς φιλίας
Μνημόσυνον reliquit Henricus Copinus
Clivo-vesalius Franeq: Ao Epochæ
Christianæ cl. lj. XCVI. IIIXXX Aprilis

אהב רבך מאד

Duo amores duas constituunt civitates amor Dei crescens
ad contemptum sui civitatem constituit Dei, amor sui
crescens ad contemptum Dei civitatem constituit Diaboli. Augustin

Pietate et eruditione praestantissimo juveni
Eberhardo Bootio amico suo integerrimo
Franekerae discedenti in perpetuam sui
memoriam scribsit Fredericus Sandius Arenacius.
II Calend. April. A° CIↃ IↃ IIC

Spes vitæ melioris, agit de morte triumphum.

Mors hæc reparatio vitæ est. Prudentius

Docto, pio, et modesto juveni D. Everardo Botio Ultrajectino, amico (et pene fratri) charissimo, hæc discessuro Franekera, scribebam Balthazar Lydius Anno M D XCVIII. XXV Mart.

Ἀσφαλὲς τὸ σιγᾶν dicebat Demosthenes, et

Πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποισι φάρμακον κακῶν
Σιγὴ, μάλιστα δ' ἐστὶ σώφρονος τροπῆ σημεῖον.

Πᾶς igitur ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι ἔστω. Hac enim de caussâ binas unicuique aures dedit natura ipsa quoque, linguam uerò tantum unam eamque duplici vallo, nimirum dentium et labiorum coercitam.

Hæc Suo Euerardo Boot juveni cum pio tum docto amoris et beneuolentiæ ergo scribebat Michael Fabricius Dantiscanus Franekeræ.

ANNO 1598. 5. Kal. April stylo Juliano.

Fieri nequit, vt ij qui male educantur atq; instituuntur, vel alijs virtutibus præditi sint, vel de hostibus triumphent.

Docto ꝓboq; iuueni Dn. Euerhardo Boot in ꝑpetuam amicitiæ memoriam scripsit Franequeræ Gellius Nicolaus Frisius.

Omnia summa nocet: sed moderata iuuat.

Aº 1597.
15 Maij.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

LYCVRGVS.

147

Canis latrat, antequam mordeat; domus gemit antequam opprimat, et ventus sibilat, antequam frangat: solus homo inter ridendum minatur, inter salutandum mortem intendit.

Defluimus, tanquam folium, oes nos. Jes. 64.

Doctrinâ et pietate ornatissimo juveni, Dno Everhardo Boot Dno et amico meo charissimo testandæ benevolentiæ ergô Franequeræ scripsi Arnoldus Tebbingh. Anno 1596 non. cated. Maji.

Sufficit mihi ad oem justiciam solum ppitiu habere illu, cui soli peccavi. Bernhardus. in Cantic. Serm. 23.

Si benè docueris & benè vixeris, alios instruis quomodo debeant vivere: Sin autem bene docueris & malè vixeris, DEUM instruis quomodo debeat te punire.

Doctrinâ, Virtute Morumq, integritate ornatiss° juveni D. EVERARDO BOOTIO amico non è multis, LUBENS MERITOQ pauca hæc exarabam ARNOLDUS RUSIUS. Franicæ A° כ״ן כ״ן ח״ב
7. Febr.

אֶרְחָמְךָ

Triste vale.

Ecce Everharde manum, qua quidquid testor, amorem
Hoc sapit, et cultam semper amicitiam:
Quam tempus nullum, nulla intervalla locorum
Delebunt: unà sed subitura stygem est.

Utpote quæ in nostris hæret defixa medullis,
Et sic est nostræ portio magna animæ.

At nunc, ô Booti, nunc divellamur oportet:
Eheu quid causæ? nil nisi fata: vale.

Vocibus at mallem, SALVE, exclamare sonoris,
Quàm vel exili dicere voce, VALE.

Tandem: vive diu multos feliciter annos,
Et vale postremum suscipe; triste VALE.

E. P.

Sallust. ad Cæsar.

Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi, neq; bonum neq; malum facinus cujusquam pro nihilo haberi, sed ex naturâ diversa præmia bonos malosq; sequi.

Seneca.

Nihil Deo clausum est, interest animis et medijs cogitationibus intervenit.

Symb.

תחלת חכמה יראת יהוה:

Eruditione et Pietate ornatissimo Juveni Dn. Everhardo Boot amico suo unicè caro, in amicitiæ æternum duraturæ testimonium, L. M. Q. scripsit Franekera discedens

Edouardus Poppius. E. B.

Anno 1596.
Postrid. Cal. Maj.

משלי י

ברכת יהוה הייא תעשיר ולא יוסיף עצב עמה

Bernardus

Vita ~~longa~~ brevis est, via longa, si vis ad metam pervenire, incipe celeriter currere & transire.

Cyprianus

Concordia simul juncta vinci non potest.

Chrystomus

Ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος ὁ Χρίστος

Haec paucula

Pietate, politiori literatura & morum integritate excultissimo juveni D. Everardo Bootio Franekerâ discessuro in Pyladaeae amicitiae & jucundissimae conversationis testificationem & testeram maestus adscripsi 3 Non. April. 98

P. Joan Snecanus

יהוה נפי

FRANEKERÆ

יאר חמך

August: de natura et grat:

Nemo sese palpet. de suo Sathanas est
id autem à quo justus dicitur à Deo habet.
quid n: de tuo habes nisi peccatum? tolle tibi
peccatum quod tuum est, Justitia Dei est

Passo sua proemia dentur

Doctiss: et moribus ornatissimo
Juueni Eberhardo Boot Dno. et
amico chariss: Franekerae reliqt
Matthias Berlage. Gödi: 21 Jan:
Anno 1597.

154

Mens generosa ultra polos.

Hæc ornatissimo iuveni D. Everhardo Boot
benevolentiæ caussa descripsi 24 Aprilis
Anno Epochæ christ. 1596 Franequæ Frisiorum

Ioh. Rodolphus Steinbrüchel
Tigurinus Helvetij

בחר יהוה יראה

Οἷα ἀνὴρ ῥέξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

Voluptates mundanæ, inanes & insinceræ, propinantur pleno calice, auro fulgente, melle oblito, ingrediuntur blandè, sed cùm sumpseris, aculeum habent venenosum, quo mordent tanq̃ coluber, & veluti regulus venena diffundunt.

Jubet Lex, Gratia vires agenti subministrat.

Hæc suavissime doctissimeq̃ Booti in perpetuam amoris nunq̃ perituri tesseram scripsi L. M. Lugd. Bat. a. d. 24 Julij 1602. Abr. Aurelius

Bernard. de interiori domo Cap. 12.

Multi quærunt scientiam, pauci verò conscientiam. Qui verò tanto studio et solicitudine quærerent conscientia, quanto quæritur vana et secularis scientia, et citius apprehenderentur, et vtilius retinerentur. Copiosa namq; de conscientia est ipsius consummatus, et qui custodit illam, semper erit securus.

Dictate et eruditione ornatissimo iuueni Dn. Everhardo Bootio amico suo integerrimo in perpetuam memoriam scripsit Abrahamus Ecclesius 24 Julij Anno 1602.

S. Hier. epist. ad Paulinum

Vera illa necessitudo est, et Christi glutino Copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non praesentia tantum Corporum, non subdola et palpans adulatio, sed Dei timor, Diuinarum scripturarum studia, fides integra, promptus animus, grataq societas conciliant et asserunt.

Conscientiam Virtutis satis amplum Theatrum puto. Tac. 4. hist.

Doctissimo, Cultissimo, Humanissimoq viro D. Euerardo Bootio Contubernali quondam meo suauissimo, Amicoq mihi multis nominibus Colendo, hoc, in promptissimi mei in illum animi, et intermorituri nusquam amoris; testamen certissimum lubens meritoq ex officio, appo ui Daniel Burgundius Aurelianensis, qui a iamais vous demeurera humble valet, et affectionne amy.

Lugd. apud Batauos 28 Jul. 1601.

Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt verum amici quos neque armis cogere, neque auro parare quae officio et fide parantur.

Virtus praemium est optimum: virtus omnib. ~~rebus~~ rebus antea profecto. Libertas, salus, vita, et parentes, patria, et prognati tutantur, servantur. virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quae pendet est virtus.

In arduis gloria.

Docto, pio, et maxima probitate praedito viro D. D. Burgardo Votio amoris et observantiae aeternum testimonium hoc religui J. Creno Sanctobal. Lugd. Bat. 21. Jul. 1602.

Fam dissimiler pour vivre

Non est ad astra mollis è terris via

Qui n'endure ne dure

Gressu per lubrica firmo

Doulce d'ou [illegible]

Wer Bott vertraut, Gott erst gebaut.

Pietate et eruditione ornatissimo V. D. D. Euerhardo Bootio S.S Theologiæ candidato, ~~suauissimo~~ suauissimo contubernali, et amico periucundo in nunquam interituræ amicitiæ signum l. m. q. reliqui hæc pauca, Abrahamus de la Cloche Gallo-Metensis.

Lugd. Bat. 21. Julij 1602. stylo novo.

Virtutum Dei sensus idoneus est
pietatis magister

Riuus fontis
index

Ornatissimo viro D. Euerhardo
Bootio Xbi diuini administro
amico singulari meo, hoc φιλίας
& obseruantiae monumentum lubens
scribebam Guilielmus Rivetus p. icto.
Lugd. Batauorum Vu Ronas Sextil.
Anno ~~cl~~ 1611.



Horatius Carm. Lib. 1. Oda 13

Fælices ter et amplius
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsus querimonijs
Suprema citius soluet amor die.

Ingenio præstanti, doctrina singulari, atque
eximia pietate spectatissimo iuueni
D. EVERARDO BOOTIO.
singulari amico ac contubernali meo
L.M.Q. exarabam.
Daniel Pipardus Antverp.
19 die Ianuary. 1602. Lugd. Batav.

160

DEDIT DEVS HIS QVOQVE FINEM.

Quos amor officijs & mensâ junxit eâdem
Hactenus; officij sustulit alter amor;
Ille amor ex odio nimij productus amoris,
Quem fugere ut potui, fingere non potui:
Tertius è primi major surrexit amoris
Semine, dum medius crescere cœpit amor.
Primus inoffensæ vitæ præs; alter honoris;
Tertius ipse sui testis & auctor erit.

ΤΗ ΜΝΗΜΟΣΥΝΗ

PALVDem hanc mi BOOTI MELLE diffluentem, ripisque ex LAVRO consitā viridibus, conspicuā vides? Huic te committe; qua PETITA, illa te protinus ad LYDIVM LAPIDEM deducet, quo reperto, & CRVCEM DVRAM perferre disces, et veram noscere

MAKAPIΩTHTA.

Hanc ego, pie erudite ac ingenue Juvenis, Everarde BOOTI, vitæ nostræ contubernalis, ac illæsæ amicitiæ memoriam statuo. Fruamur rerum earum recordatione, quarum difficilis ac iniqua fuit ꝓpessio. Mutuo nos amare nunquam desinamus, qui mutuam hanc vicissitudinem vidimus. Ego pro exhibitâ tuâ ac oblatâ mihi amicitiâ gratias, cum officij ejusdem ꝓpetui talione spondeo.

Petrus Hondius Flissing. 10 Kal. Feb. Jubul. magno.

AMARE DIDICI AT NON AMARE.

169

Fides Hosti data servanda est, machinatio tamen adversus illum locum habet, secundum politiores Politicos, quidquid contra clamet Machiavellus.

Dolo igitur adversus hostes uti licet Perfidia non licet, J Ctorum dogma.

Viro Pio et erudito, amico sibi ~~ut~~ ~~se~~ charo, contubernali olim suo D. Everhardo Bootio.

15. 7bris juliani 1603. Ultrajectino, in memoriam sui Ultrajecti reliquit Ultrajectinus Henricus Mouthaen.

Deus ōia in oibs.

170

Pio nec non erudito Adolescenti
D. Euerardo Botio in veræ amici-
tiæ signum L. M. E. Hæc posui
Lugd: Bat. Ao 1600. 21. Nouemb

Eugelbertus Grasdinckel
à Maeslandt.

Dum militant fideles contendunt velle quod Deus vult et amare, quos Deus amat: cum triumphant volunt quod Deus vult, et amant quos Deus amat, hic enim bonorum habent principium, illic verò complementum. Itaq; hic incipe amare et velle, ut illic velis justa, et ames amanda.

Εἰς τὸ ἄπουλος μνημόσυνον

ponebat hoc Collegæ et amico singulari D. Euerhardo Bætio Trajectino,

Godescalcus Heltius Harderwico-Geldrus.

טוב שם משמן טוב!

Leidæ 21 die Novembr. Aō 1601.

175

Sine Christo via invia, vita invita.

Corrige præteritū, præsens rege, cerne futurū.

In pignus amoris singularis
amico colendissimo et commen=
datissimo, tū propter morū elegan=
tiā et suavitatē, tū propter
solidā eruditionem
D Everhardo Bootio posuit
Tobias Albius Londinensis
10 Martii 1602

שמש רמגן יהוה אלהים

176

Vera amicitia est diligere amicum in Domino et inimicum propter Dominum.

VIVE VT VIVAS

Pietate, doctrina et morum probitate qspicuo Juveni D. Everardo Bootio hac tessera amicitiae mutuae memoriam qsignabam Lugd. Bat. 3 Καλ. August. Anni 1602

P. Pullaeus Antwerpianus.

Ἔστι πορισμὸς μέγας εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας

182

Vera amicitia tantum inter bonos oritur, inter bonos profuit, inter bonos consumatur, eaque tanto ciborior est quanto vetustior, quia facile mutari non potest quod per longa secula custoditur

Grata labore quies

Pietate, doctrinâ, omniumque virtutum genere celeberrimo viro D. Eberardo Rotio, amico et contubernali plurimum observando hoc quale-cumque nunquam interituræ amicitiæ pignus lubens meritoque reliqui Joannes Rouuerius Norman. Eugd. Rat. pridie Cal. Septembris Anno Dni 1601

Deut. 8.

ולו הוא כל שמן ו׳ שנו כ׳ ינקו
ולו כרש מלו ינפקו מן פמה ולהו

סוד אדוני ליראיו וברית להודיעם: Ps. 25.

— ὁ δ' ὄλβιος οὔτινα μέσσαι
φιλεῦνται.

Optimum est dissolui, et esse cum Christo.

Sobra estas quatro cosas es el camino lizo.
1. Sobre el yelo. 2. Sobre lugar humido y sobre hienda.
3. Sobre gloria y ambicion. 4. Sobre hermosura de muger. Hisp.

Quand vous verrez l'air de poisons
Peuplé, et la mer de moissons,
Dites lors que de ma pensée
Vostre amitié est effacée.

Samuel de Lecherpiere. Anagrama.
Perle cherie de la Mule.

Eli occhi tuoi risguardino al dritto, et le palpebre tue dirizzino auanti a te. Ital.

Das angesicht des weyssen zeigt weyssheit an, aber eern die augen der toren durchschweiffend alle land.

Dalich sin sy die hebben hongher ende dorst nae die belg. rechtuerdicheyt, want sy sullen verzaet worden.

Make not thy boaste of to morowe, fort thou knowest Angl. not what may happen to daye.

N. SS. T. est Q V. Nella φ. δ. φ. ν. ρ. la υ.

Lugduni (vt fecit) in Batauis, VI Kal. Sept. ch. 13. cl.

D. Everardo Bootio
Dientissimo, doctissimo, cultissimo viro, mihi, belgarum sociorum amantissimo, contubernali quondam suauissimo, et mattia nominibus colendo, hoc sinceri animi, perpetui amoris, debiti obsequij, et intermoriturae nunquam memoriae, exile, at certum testamentum lubentissime pono Samuel de Lecherpiere Normanus Gallus.

Vostre seruiteur et amy La Riuiere.

Virtus ipsa sibi pretium

Piete auec contentement est vn grand gain

Is cito euolabit vsu
f. d. o. p. m.

Ornatissimo, doctissimo, pietate,
modestia & omni virtutum genere
spectatissimo viro D. D. Euerardo
Bootio sibi amicissimo, in perpetua & non
fucatae amicitiae symbolum scripsit
Jacob Violatius Pitto
Lugd. Batauor. in Museo D. d. Lecherpiere
23 die Augusti 1667.

יהוה עיניו משטטות בכל הארץ להתחזק =
2 Chron. 16. v. 9. עם לבבם שלם אליו

Johan. 14. Christus via veritas et vita; via non errans, veritas non fallens; vita non deficiens; via in exemplo, veritas in promissis, vita in praemio. August. de doctr. chr.

Pour mourir bienheureux a vivre faut apprendre
Pour vivre bienheureux a mourir faut entendre

Ἐρρωμένε καὶ προσεύχεσθε

Ornatissimo doctissimoque viro Dno D. Everardo Bootio suavissimo contubernali meo, mihique plurimum colendo, in perpetuae et nunquam intermorituræ observantiæ et amicitiæ pignus L. M. q. scripsi
Lugd. bat. 3 Augst. 1661 Pierre de la place Normanus gallus

Quidquid agas, prudenter agas, et respice finem.

Hoc moris et amoris
ergo scripsit ornatissimo
doctissimoq viro D. Everardo
Boetio amico meo.
Christianus Bollino
Brugensis.

Ta docte pieté, et ton humeur courtoise,
Tes discours gracieux
T'ont acquis ceste main, et ceste ame françoise,
Qui te peut oublier, s'elle oublie tes yeux.

Te penes aeternum nostri hoc sit pignus amoris.
Cerclerique memor Bootius esto sui.

D. Everardo Bootio
Doctissimo viro, amico suavissimé familiari
monimentum hoc dulcissimi sodalitij, et amicissimae
observantiae reliqui Batavia relinquens, Gallia
repetens Ludovicus Cerclerius Chapelerius,
anno à salvatore nro 1601 Cal. April.

Post fata superstes.

Κάλλιστον ἐφόδιον ἡ ἀρετὴ (κ) παιδεία.

Virtute et eruditione ornatissimo Iu-
„ veni D. Everhardo Bootio hoc sym-
„ bolum amicitiae scripsi Lug. Bat.
undecimo Cal. Aug.

Johannes Zwaerdecroon.

Christus via, veritas et vita:
Errare, falli, mori si non vis, Christi sis.

Pietate & doctrina ornatissimo Juveni
Everhardo Bootio in mei memoriam et
benevolentiæ testandæ ergo m. l. adscripsi
Jacobus Florianus Antverpiensis.
Lugd. Bat. a.d. XII. Julii CIↃ. IↃ. CI.

αὐτάρκης ὁ αὐτάρνης.

patientia & spe.

Everardus Bootius

Ultrasectinus. de haeren [illegible] met den boot.

Ut qui se meminerint inquilinos esse, et in conducto habitare, et modestius se gerunt, et minus gravatim exeunt: ita qui intelligunt domicilium corporis ad breve tempus à naturâ commodatum esse, et vivunt temperantius et libentius moriuntur.

ה' מחסי וסלעי

[illegible] טוב שם משמן טוב:

Omnia si perdas famam servare memento,
Quâ semel amissâ postea nullus eris.

משלי יט ג

טוב משל ברוחו מלכד עיר:

Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit Moenia

קהלת ג א

לכל זמן:

Virgil.

Omnia tempus habent —

הון יסיף רעים רבים וגל מרעהו יפרד:

Ovid.

Donec eris felix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila solus eris.

[illegible]

Stultitia hominis pervertit viam ipsius
Et adversus Jehovam magnatur animus.

משלי ג ב

בכל מקום עיני יהוה:

In omni loco oculi Jehovae.

Die eydt der siet, doet nydt tu niet —

Bernardus

Multi scire desiderant, ut sciant tantum, et vanitas est. Multi ut sciant ut et arrogantia est. At vero pauci ut aedificent, et charitas est: pauci ut aedificentur et prudentia est.

Ἐπίγνωσιν ἀν
ζήλον, κυρίε.

Joannes Jacomotus
Barresis scripsi
Genevae 12 oct. 1600

Antonius Fagus
scribebat Genevae
Allobrog. 1600 postrum
7 d. Octobr.

βίου τὸ κέρδος ἐκβεῦν
καθήμερον

Carolus Perrotus
Parisien. adscribebat
VIII octobris anni
D. MDC. Genevae.